tiones ac earum prosequutiones faciendo. ac præmissa omnia pœnis simplicibus vel implicatis evasionibus suspensionibus fatalis Iuris præscriptione Terrestri bello conventioneq ac alijs quibusvis Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec alio quovis modo evadendo Ita Sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia mediante.

Jidem ambo inter se mutuo Roborant.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castren Capitan Præmysliensibus Magnificus Nicolaus à Zurow Danilowicz Pocillator Regni Rubiszovien Lipinen Capitaneus ab una et Gnosus Joannes a Boguszyce Boguski parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes à Terrestri districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo. Præsenti vero Castren Capitan Præmyslien Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum suo pro interesse seorsim recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem una Pars alteri ac posteris utriusq partis se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus sum-

Summisq quibusuis pecuniariis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus. Interimsam certam inter se Recognoscentes ratione certarum rerum et conditionum in eadem Interimsa contentarum de Actu et data illius Pramysliae die hodierna in actu contenta confectam et conscriptam manibus sui Recognoscentium propriis subscriptam in omnibus et singulis eiusdem Interimsae conditionibus punctis clausulis articulis vadio ac ligamentis generaliter vniuersis firmiter tenere complere exequi ac inuiolabiliter obseruare omnibusq et singulis eiusdem Interimsae contentis tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere. Interimsam praefatam ad inscriptionem praesentem Roboratoriam et inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictam Interimsam vicissim in toto referendo. Idq sub vadio Summae Viginti Millium florenorum Polonicalium per partem parti cum Succubitionibus vtriusq partis ob non completionem contentorum Interimsae praefatae omnium et singulorum tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad soluendum Succubito ac pro re aliqua principali ex contentis Interimsae praefatae non completa complenda citatus existens inrata Pars vna praemissa non tenens cum suis posteris ad instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis siue illius successorum ad Officium praesens Castren Capitan Pramyslien extunc recessu supraferio

quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere, vadium praetactum luere, inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos succes(so)res ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium uti et alios omnes exinde consequentes, causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori minorennitate, Sacrae ord legatione intra vel extra Regnum, militari servitio ad munimenta ad evictorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad quietationem praeterea ultra proximos officij praefati Castrensis Capitan(ealis) Praemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis Iuris, praeservatione Terresni, bello conventioneque ac aliis quibusvis Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec alio quovis modo evadendo. Hac sua praesenti personali mutua recognitione ad praemissa omnia mediante.

Idem Magnificus Danilowicz Pocillator Regni Glinkom Coniugibus Obligat.